

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Summa de vitiis**

**Wilhelm <Lyon, Prior>**

**[Basel], nicht nach 1475**

De peccatis que proveniunt ex ira. Tercia pars

[urn:nbn:de:bsz:31-308070](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-308070)

vero qua aliquis irascitur deo qualis est ira iniquorum bla-  
 sphemantium deum potest intelligi illud. **eccl̄i xxvij.** Qui in  
 altum mittit lapides super caput eius cadet. **¶ De pec-**  
**catis que proueniunt ex ira. ¶ Tertia pars.**

**¶** Equitur de peccatis que proueniunt ex ira. pro-  
 uenit autem ex ira lis. **¶ Unde prou. xxvj.** Sicut  
 carbones ad brunas. et ligna ad ignem. sic homo  
 iracundus suscitatur rixas. **¶ Unde eccl̄i xxvj.** Homo iracundus  
 incendit litem. **¶ Ex ira** etiam secuntur guerre. incendia. ho-  
 micidia. et alia in obiectio manuū iniusta. et rapine et filia  
 De lite non dicemus modo. quia de illa dicetur de alijs pec-  
 catis lingue. De rapina vero dictus est in tractatu de aua-  
 ricia. De alijs vero dicemus. et primo de guerra.

**¶ De xij.** que debent homines cogere a guerra. **¶ Capitulum primū**  
**¶** Et alijs vero hic dicemus. **¶ Et primo de guerra.**  
**¶** Duodecim vero sunt que debent homines cohibere  
 a guerra. **¶ Primus est.** guerra quaz habemus  
 cum hostibus inuisibilibus. **¶ Job vij.** Milicia est vita homi-  
 nis super terras. **¶ Itē dictus est Gen. iij.** ad serpetem. In-  
 micicias ponam inter te et mulierem. et semen illius et seme-  
 tuum. **¶ Guerra** ista multus periculosa est. et propter callidi-  
 tatem demonum. **¶ Gen. iij.** Serpens callidior erat omnibus  
 animantibus terre. et propter longum exercitium pug-  
 ne pugna enim non cessauit ex quo adam dicitur est in terrā  
 et longus usus multus docuit eū et experientia et propter conti-  
 nuitate pugne. **¶ gē.** Assidua temptatio dyaboli temptat nos  
 ut saltē tedio vincat. et propter maliciā demonū. qui incessan-  
 ter sicut sanguinē nostrum. **¶ Vñ** diabolus sanguisuga vocatur. **¶ pū. xxx.**  
**¶ Sanguisuga** due sunt filie. **¶ Et** quod demones inuisibiles sunt. **¶ Je-**  
**ro.** Tūc maxie impugris. si te impugri nescis. et quod mag-  
 nū dānus est si quis vincat. regnū enim eternū perdit. et patibulo  
 infernali affigitur. **¶ Si** autē vincit multū lucratur quod regnū eternū  
 et sic dyabolus perior est homine. ita guerra quam habet cum dyabolo  
 perior est guerra quam aliquis habet cum hominibus. sic ei aliquis princeps quam

habet aliquas guerrā fortem et periculosam studet pacifica  
 re alias guerras super emergentes sic debet homo euz ho  
 minibus pacificari ne a demonibus vincat. Ad hoc vide  
 tur pertinere illud. Job xl. Memēto belli et non addas  
 quicquid loqui ut dicit glosa. Si occulti hostis bellum ostra  
 te consideras quicquid a me pateris non accusas. Jero?  
 Gladium tenet hostis ut me primat. Mira insania verbū  
 durum sibi dictū plangere et gladium capiti yminentē nō  
 timere. Mira eē fatuitas qd alijs capuz cum dyabolo se  
 tradat ut pualet frī suo. cum scripeus sit qd crudelis est  
 et non miserebitur. Ideo reges et principes huius mundi  
 defacili vincuntur a dyabolo. qz habent alias guerras et nō  
 sufficiunt resistere vbiqz. Abac. j. Ipse de regibz triūpha  
 uit. et tyranni ridiculi eius erunt. **S**ecundo deberent ho  
 mines cohibere a guerra hoc qd dominus amat pacem et per  
 otariū guerrā odit. **D**e sex signis qd deus amet pacem  
**E**t possumus multa signa ponere per que apparet qd do  
 minus multū amat pacem. Primum signū est. qd dominus  
 nasci voluit tempore pacis que duravit xij. annis. Tunc  
 impletum fuit illud. Isa. ij. Tunc conflabunt gladios su  
 os. et vomeres. et lanceas suas in falces. Spirituahter  
 autem non vult deus habitare vbi non est pax. quia in pa  
 ce factus est locus eius. **S**ecūm signū. qd dominus amat  
 pacem est hoc. qd in natiuitate eius cōmendata est pax ho  
 minibz multitudīe angelorum dicente glā in altissimis deo  
 Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Ut legitur.  
 Luce ij. **T**ercium signum est. qd ipse vocauit pacificos  
 specialiter filios dei dicens. Beati pacifici. quoniam filij dei  
 vocabuntur. **Q**uartum signum est hoc. qd ipse mittens  
 apostolos voluit. vt homines ad pacem hortarentur di  
 cens. Mathi x. Dicite pax huic domui. Mittens etiam  
 discipulos suos dedit eis similiter mandatum de exhorta  
 tione ad pacem dicens. Luce x. In quacūmqz do  
 mum intraueritis. primum dicite. Pax huic domui.

Quintum signum est hoc. q̄ dominus relicturos discipulos  
 seque pacem specialiter tanq̄ hereditatez eorum reliquit eis Jo.  
 xiiij. Ibi pacem meam do vobis pacem re. Post resur-  
 rectionez eiam veniens ad discipulos. pacem commendavit  
 eis dicens. pax vobis. vt habetur Jo. xx. In duobz locis  
**S**extum signum est hoc q̄ dominus ita care emere voluit  
 paces nras. Mori emz voluit vt nos reconciliaret sibi. Marita-  
 ri voluit filius dei nature nostre infirme. vt pax ista re-  
 formaretur. Adhuc eiaz paces peccatoz paratus est eme-  
 re valde care. quia paratus est eis remittere omnes offen-  
 sam et emere paces ipsoz regno eterno si penituerint. ho-  
 norabilis est ista pax peccatoz. Si peccator haberet deum  
 in carcere non deberet honorabilioz parte ab eo requirere.  
**E**t vt breuiter dicā speciale officiu filij dei fuit pacem re-  
 formare. hac de causa venit in mundū istū. et fuit ibi plus  
 qm̄ triginta et duobus annis. Vnde ad eph. ij. Ipse est  
 pax nostra qui fecit vtraqz vnum. **T**ertio deberet homi-  
 nes cohibere a guerris propter mala. que inde fiunt.  
 et bona que obmittuntur. **P**rimum malum est. q̄ de gu-  
 eria sequitur odium / de vna guerra sunt quandoqz ho mi-  
 nes in peccato odij. Illi autez qui sunt in peccato odij. ho-  
 micide sunt. Juxta verbū beati Jo. in prima canonica sua.  
**S**ecuntur eiaz inde homicidia et frequenter illi qui mori-  
 untur in bellis moriuntur et morte eterna q̄ maximuz peri-  
 culum est. hoc enim dampnum irreparabile est. Vnde.  
**M**ath. ij. Rachel plorans si. su. et no. sola. qz non sūt. **S**e-  
 cuntur etiam incendia locoz sacrorum et non sacrorum.  
 rapine. et furta. filij agricolarum fures efficiuntur. filie  
 prostituuntur. omituntur eiaz infinite eclie et infinita  
 alia bona. **Q**uarto deberet homines cohibere a guerris hoc  
 q̄ in guerris precipue malum infertur hīs qui non meru-  
 erunt. Si in guerris illi mala reciperent qui in culpa sunt  
 hoc tollerabilius esset. sed illi parum aut nichil mali reci-  
 piunt. innocentes vero depredantur. Juxta illud Ps. lix

**Qu**ia recessit a malo prede paruit Draconis. Quicquid de  
 lignant reges plectuntur aethym. In hoc tyranni huius mundi  
 peiores sunt dyabolo. qui non nocet nisi hijs qui meruerunt  
 Tyranni vero in guerris suis potius nocent illis qui in-  
 nocentes sunt quam non est parua culpa. cum innocentes spe-  
 ciali deo adheraent. et in eo fiduciam habeant et sunt in  
 eius protectione. ps Innocentes et recti adhererunt mi-  
 chi puer. ij. Deus custodiet rectorum salutem et proteges  
 gradientes simpli. In guerris etiam inferitur malum pau-  
 peribus plus enim dampnificatur aliqua pauper mulier.  
 quando vna gallina aufertur quam aliquis qui multum diues  
 esset dampnificaretur in mille marcis. sicut vidua pauper  
 cula de qua loquitur dominus Luc. xxi. Plus misit in ga-  
 zophylacium mittendo duo minuta quam omnes alij. Quanto  
 debet homines cohibere a guerris hoc quod vix est qui non male  
 accidat eis qui guerram faciunt aut enim malum inferuntur  
 eis. et sic male eis accidit. aut ipsi inferunt malum alijs.  
 et tunc deterius eis accidit. Melius est enim mala sustine-  
 re quam mala facere. Vnde prouer. Melius est humiliari cum  
 micibus quam diuidere spolia cum superbis. Sexto debet ho-  
 mines cohibere a guerris difficultas consulendi illis qui in  
 guerris interficiunt. Cum enim vnus alium paratus sit iu-  
 uare ut fortiores sint ex eo quod sint simili. Vnusquisque videt  
 esse occasio que dam omnium malorum que ibi fiunt. Vnde  
 Job xli. dicitur de corpore dyaboli. Corpus enim quasi scuta vi-  
 lia et compactum squamis sese premetibus. Septimo debet co-  
 hibere homines a guerris hoc quod nulla vel parua utilitas  
 inde sequitur. Quando aliquis guerram facit ut sua recu-  
 peret plus valet quam ipse in guerra expedit quam quod ibi acquiri-  
 tur. Quando vero aliquis guerram facit ut vindicet fratrem  
 vel cognatum sibi occisum nulla utilitas ex hoc sequitur illi  
 qui mortuus est. Melius esset defuncto quam procuraretur  
 homicida pro anima eius iret ad partes transmarinas. vel  
 quam processio fieret a ministris dei super interfectum cum aqua

benedicta et cruce q̄ eius igne maledicto. et lanceis. et vex  
 illis a ministris dyaboli. Sicut mltociens fit. **D**ecimo de  
 bet cohibere homines fraternitas que inter hōmes est. om  
 nes em̄ hōmes naturalr̄ sunt fratres. quia ex vno patre  
 et ex vna matre processerūt. scz adam et eua. **F**ideles ve  
 ro preter hoc quadam spiritali fraternitate facti sunt. et  
 ex vna matre scz ecclesia et celestē hereditatem diuifuri.  
**U**nde inimicia inter fideles inimicia cayn est. quia  
 inter fratres lupi vel serpentes videntur esse huius homi  
 nes qui bella mouent. **S**eneca **F**erua rabies est ista san  
 guine. eē vulnerib⁹ letari et hoc est abiectō hōme in silure  
 animal transire. **U**ne serpentes et hōmes naturales vident  
 inimicie. **U**nde gen. iij. Inimicias ponam inter te ⁊ mu  
 lierem et semen tuum et semē illius. **U**nde ser pētes se esse  
 ostendunt qui ad hōmes inimicias habent. ymmo etiam  
 tēs piores serpentibus ⁊ lupis videntur esse. **S**erpens  
 serpenti non nocet. vel lupo lupo. ⁊ si animalib⁹ alterius  
 speciei noceant. homo vero nocet hōmi. **S**ene. **M**inutissi  
 mus est homo hōmi. leo leoni non nocet. lupo lupus non  
 ledit vere canes videntur esse tēs hōmes qui ad inuicem  
 certant. **N**ono debet cohibere hōmes a guerris q̄ hōmes  
 qui guerras amant vel habēt speciales filij dyaboli sunt si  
 cut pacifici speciales sunt filij dei. sicut prius dictum est.  
**D**ecimo debet cohibere homines a guerris. miseria quam  
 sustinent hōmes qui guerras faciunt. **I**psi em̄ denocte va  
 dunt armati in fame. ⁊ situ. ⁊ hui⁹ di. **S**i t̄m sustinerent  
 pro deo quantum sustinent pro dyabolo magni meriti e s̄t  
 apud deuz. **U**nde in ps. **C**ontricio ⁊ infelicitas in vijs eoz  
 et viam pacis non oḡ. **U**ndecimo debet cohibere hōmes du  
 bius euentus belli quoz enim illi qui fortior se credit dete  
 rius accidit in bello. **U**nde ij Reg. xij. **V**arius est euent⁹  
 belli et nunc hunc. nunc illuz consumit gladius. si aliquis  
 fortis est inuenit aliquem equū fortem vt ipse. **I**ere. xlvj  
**F**ortis impexit in fortem. et ambo corruerunt. **S**i aliquis

500  
malus est. quoniam aliquis eque malum aliquando inueniat. Unde  
Proverbia xvij. Semper iurgia querit malus. angelus autem  
crudelis mittet contra eum vel post hanc vitam quam dyabo-  
lus ad eum mittet ut eum deferat in infernum vel in presenti quan-  
do aliquis homo eque malus mittet ad reprimendam mali-  
ciam eius. vulgariter dicitur quod canis bellicosus defert aures  
scaturientes vermibus et frequenter accidit quod qui amant  
bella moriuntur gladio. vñ i. reg. xv. Dicit samuel ad agad  
regem amalech. Sicut fecit mulieres absque libis gladii tu-  
tius sic absque liberis inter mulieres erit mater tua. ¶ Duo-  
decimo debet cohibere homines a guerris hoc quod sapientes  
tantum timent guerras. et tamen amant paces. Unde salomon  
qui legitur sapientissimus fuisse regnum suum in pace sum-  
ma tenuit quasi xl. annis. Unde etiam ob hoc nomen habuit  
Salomon enim interpretatur pacificus. Christus etiam vocatus est  
rex pacificus. Et in veritate nichil est etiam quod tamen noceat ec-  
clesie dei quantum guerra. Luce. xi. Domine regnum in seipsum  
diuisum dissolabitur. Parue res discordia crescunt. Mag-  
ne vero res discordia dilabuntur. Licet tamen bonum sit pax quod  
etiam suo contrario queratur secundum verbum augustinus. tamen valde  
raro esset facienda guerra. Cum enim guerra et pax maxime  
sint contraria maxime a se distant. et ideo valde longa est  
via que est per guerram ad pacem. et quandoque pius homo defi-  
cit. quod ad pacem per vias istas veniat. Cuius peruenit ho-  
mo ad pacem paciendo quam bella faciendo. et facilius acqui-  
rit homo largiendo quam auferendo. ¶ De incendiariis.

#### Capitulum Secundum

¶ Equit de peccato incendiario. Incendiarius dicitur  
qui propria auctoritate incendit civitatem vel villam  
vel domum aliquam. vel segetem. vel rem silez malo stu-  
dio ut pro iudicia. Si autem hoc faceret auctoritate illius  
qui habet potestatem iudicandi iustus bellum non iudicaret in-  
cendiarius ex quo guerra esset iusta. Dico verosimile quod de-  
berent cohibere homines ab hoc peccato. ¶ Primus est hoc

589  
q̄ istud peccatū dyabolicum est. diabolus em̄ in inferno igne impugnat homines. sic faciūt incendiarij in hoc mundo. Unde cum ipsi dyabolo assimilantur in facto merito assimilabuntur in tormento. ¶ Secundum est. q̄ peccatum istud pure malicie. et nullius utilitatis est. Peccatum rapine vel furti aliquid habent lucri vel utilitatis. sed peccatum incendiij nichil. Nullius eciam strenuitatis est peccatum istud. m̄ter em̄ aliqua possit facere illud. ¶ Tertio sufflatores ignis in huiusmodi hominū sunt viles persone quō nō erūt viles persone sufflatores ignis in huiusmodi demonū s̄n culpa eē sūt paupes homines quoz domus incendunt. s̄ ppter solam superbiam dominoz fit. Unde in ps̄ Dum superbit impius incenditur pauper. Peccatū igit̄ incendiariorū cum sit pure malicie ideo etiam est peccatū in sp̄m̄ sanctum. ¶ Quarto debet cohibere hominem a peccato hoc. q̄ peccatum istud valde dāpnosum est proximo. Pauper enim homo exheredatur eum domus suaz amittit. et oportet euz et uxores suam. et familiam ire mendicando per domos aliorū q̄ valde graue est homini inconsueto. Unde eccl̄ xxviii. Vita neq̄ est hospitandi de domo in domus. Inter duz accidit q̄ nunq̄ redibit ad pristinum statū et q̄ filij eius hac de causa fures efficiūt et filie prostituūt et ille q̄ domū incendit reus est oim̄ peccatorum que occasione illius incendiij fiunt. ¶ Quinto debet cohibere hominem ab hoc peccato. q̄ peccatū istud valde dāpnosū est auctori suo. dāpnosius eē est illi q̄ proximo. vñ refert ḡḡ in dyalogo. q̄ euz quidaz incendisset mess̄ eius ius dā sancti viri nomine stephani qui dā videns messem eius cōbustaz venit ad illuz dicens q̄ messis sua esset cōbusta. adiūgens. v̄ v̄ v̄ Cui ille placide respondit. Ne quidez illi contigit. Ille qui credit incendere domus alienaz incendit suam. Sua eniz est domus illa quo ad emendaz et sibi amittitur. Sicut miles qui est in exercitu alicuius principis equum quez amittit non sibi amittit. sed domino cum quo est. Incendarius dum ponit ignem ad oburendum



dominum sibi etiam preparat ignem eternum. **I**gne etiam peccati exurit seipsum **Aug?** sic putato maliciam esse quomodo ignes. **Q**uinto debet cohibere hominem ab hoc peccato hoc quod peccatum istud multum impedit a salute auctorem suum et propter restitutionem domus incense quam oportet eum facere propter maledictiones que fiunt eis. **Q**uando enim pauper aliquem defectum habet occasione illius vel videt filios suos lugentes in alieno hospicio. ipse maledicit ei qui domum suam incendit. que maledictio defert incendiarium in ignem eternum. **V**nde eci. iij. Maledicentis anime tibi in amaritudine exaudiet precato autem exaudiet illum qui fecit eum. **E**t eius dez. xxx. Deprecatione lesi domini exaudiet. non despiciet preces pupilli. nec viduas si effundat loquelam gemitus. **N**onne lacrimae viduae ad maxillas descendunt et exclamatio eius supereducens eas. **A**maxilla enim ascendunt usque ad celos. et dominus exauditor non delectabitur in illis. **D**e materia ista in tractatu de rapina dictum est.

**S**exto debet cohibere hominem a peccato isto pena magna qua in presenti puniuntur incendiarii. **P**ena autem eorum secundum leges humanas est. ut qui dolo ignes apposuerit igne cremetur. aut capite puniatur. nec debet absolui nisi dampno restituto et prestito iuramento quod ignem alterius non apponat. **I**deo etiam sepe puniuntur in hoc quod mala morte moriantur. sicut patet de absolon qui fecit succedi messi iacob qui postea suspensus est. et occisus est tribus lanceis missis in eum. ut legitur ij. Reg. xiiij. **L**egitur in xiiij. **J**udicium quod samson fecit succendi segetes philistinorum qui postea captus est a philisteis et exocellatus est. et a semetipso occisus.

**S**eptimo debet cohibere hominem a peccato isto magna pena qua puniendi sunt incendiarii in futuro quod potest ostendi per hoc quod legitur **M**ath. xxv. quod dominus diciturus est. **I**te maledicti in ignem eternum et subditur causa huius dampnationis hospes eram et non collegistis me. **S**i dominus puniendus est igne eterno eos qui

in proprio hospicio non receperunt eum qualiter creden-  
 dus est illos esse puniendos qui hospiciū domini in quo  
 ipsi nichil iuris habebant obusserunt. Quot pauperes ho-  
 spitati fuissent in domo quā ipsi obusserunt totiens domi-  
 no suū hospiciū abstulerunt. Merito etiam in presenti  
 et in futuro crematur incendiarius euz ipse alios cremet  
 quia propter que peccat homo propter hoc et torquetur. et non est  
 lex equoz vlla quā necis artifices arte perire sua. De quo  
 debet cohibere homines ab hoc peccato. quod peccatum istud  
 multum displicet deo quod patet per hoc quod hospitalitas tamen ei  
 placet quod tamen hospitalitatem hoc peccatum destruit. Ad hospi-  
 talitatem deo placeat patet ex eo. quod legitur ad hebr. ultimo  
 hospitalitatem nolite obliuisci per hanc enim quidam pla-  
 cuerunt angelis in hospitio receptis. Et origenes. Domos  
 hospites ingressi sunt angeli. Domos vero hospitibus clau-  
 sas ignis et sulfur succendit. Domos quas angeli ingressi  
 sunt. fuerunt domus abraham. et domus loth. domus ve-  
 ro succense. fuerunt domus sodomorum. et gomorreorum.  
 Hospitalitas tamen placet deo quod ipse in propria persona legitur  
 ad hospitales homines declinasse. Unde refert egregio in qua-  
 dam omelia quod quidam paterfamilias multum fuit hospita-  
 talis. et quadam die cum peregrinos susceperet et aquas  
 daret manibus ex humilitate virus fuit inter eos in cuius  
 manibus debuit aquam fundere et cum reuersus vireum ac-  
 cepisset non inuenit eum. cuius ob hoc apud se miraretur ea-  
 dem nocte per visionem dominus dixit ei. Ceteris diebus  
 me in membris meis hesternam autem die me in memetipso re-  
 cepisti.

**De homicidio**      **Capitulum tercium.**

**S**equitur de homicidio a quo primo deberet homi-  
 nes cohibere hoc. quod ipsum est contra naturam do-  
 citur enim natura quod animalia diligant ea que sunt  
 eiusdem speciei. Unde ecclesiasticus xiiij. Omne animal diligit se sibi  
 Unde mirum est. quomodo homo vult alium hominem oc-  
 cidere. cum natura doceat vnum lupum alium amare.

**S**ecundo deberet cohibere homines ab hoc peccato quod  
 ipsum multum est contra rationem. Dicitur enim ratio homini quod  
 non debet facere alij quod sibi odit fieri. **U**t legitur thobie  
 iij. **U**nde cum ipse super omnia mortem odio habeat ipse su-  
 per omnia cauere debet ne mortem inferat. **T**ertio debent  
 homines cohibere ab hoc peccato hoc quod istud peccatum dy-  
 abolicum est et dyabolo assilatur. **U**nde i. **J**o. viij. **I**lle ho-  
 micida erat ab inicio. **D**yabolus fuit homicida superius ab  
 inicio et post parentum nostrorum. **U**nde sanguisuga voca-  
 tur. **p**u. xxx. ubi dicitur **S**anguisuge due sunt filie. **Q**uar-  
 to deberet cohibere homines ab hoc peccato hoc quod videtur  
 ab homine degnare et in bestias transisse qui sanguines hu-  
 manus sicut. **U**nde seneca **F**erina rabies est isto sanguine et  
 vulnere letari et hoc est abieccio homine in siluestre animal  
 transire. **Q**uinto deberet cohibere homines ab hoc pecca-  
 to pena magna qua homicidae puniuntur et in presenti et  
 in futuro. **D**e pena eorum legitur **M**ath. xxvi. **O**mnis qui ac-  
 ceperit gla. et. **E**t apostolus xij. **Q**ui in gladio occiderit  
 orem eius in gladio occidit. **E**t gen. ix. **Q**ui cuius fuderit sangui-  
 nem hominis fundet sanguis illius. **E**t possunt hoc referri  
 ad mortem eternam. **U**terque enim reus est quia victoria sua gla-  
 dius accipit ad significandum quod multum punietur peccatum ho-  
 micidij. **D**icitur est gen. iij. **V**ox sanguinis fratris tui abel  
 elamat ad me de terra. **V**ox sanguinis potest dici vox san-  
 guinitatis ut sit sensus. **C**onatio que ex abel exisset nisi in-  
 terfectus fuisset requirit quod vindictam sumas de te. **P**ena  
 etiam homicide ostenditur eius subditur **M**aledictus igitur  
 eris super terram. **E**t fuit tanta maledictio illa quod etiam ipsam  
 terram tetigit. **U**nde subditur **C**um operatus fueris terram  
 non dabit fructus suos. **E**t subditur post **V**agus et pro-  
 fugus eris super terram omnibus diebus vite tue. **E**t post fa-  
 ctus est chaym tremulus. **U**nde ait **O**mnis qui inuenerit  
 me occidet me. **Q**uatuor peccata e lamantia

**S**extandum. q̄ quatuor peccata dicuntur clamare  
 scilicet oppressio innocentium. Exo. ij. Ascendit cla  
 mor filiorum israel ad deum et peccatum sodomiticum  
 Unde gen. xvij. Clamor sodomorum et gomorum. multi. est Et  
 detentio mercedis mercenariorum. Unde Jac. ultimo. Ecce  
 merces operariorum. v. qua fraudata est a vobis clamat et  
 clamor eorum in aures domini sabaoth introiit. Et pecca  
 tum homicidii unde vox sanguinis fratris tui etc. Tria ve  
 ro de peccatis nominatis ideo dicuntur clamare ad dominum  
 admodum homicidii. quia sunt quasi homicidium. In pecca  
 to enim contra naturam effunditur illud q̄ potuit esse ma  
 teria corporis humani. et ideo est quasi homicidium. In op  
 pressionem vero innocentium et detentio mercedis aufert  
 pauperibus vitam eorum et ideo a deo quasi homicidium repu  
 tatur. Unde eccl. xxxij. Papis egencium vita pauperum  
 est qui defraudat illum homo sanguinis est. Et ibidem qui au  
 fert in sudore panem quasi qui occidit proximum suum. Et ibi  
 dem. Qui effundit sanguinem et qui fraudem facit mercena  
 rio fratres sunt. Pununtur etiam homicide irregularitate  
 licet enim de peccato homicidii condignam penitentiam ege  
 rint. tamen non possunt promoveri. Unde i. paralipp. xxvij.  
 Dicit dominus ad dauid. Non edificabis michi domum no  
 mini meo. eo q̄ sis vir bellator et sanguinem fundens.

**S**exto debet cohibere hominem a peccato homicidii fra  
 ternitas que est inter christianos. Omnes enim christiani fra  
 tres sunt. et fraternitate naturali et spirituali. Ex vno enim pa  
 tre et matre sunt omnes. Adam scilicet et eua. Fratres etiam  
 sunt spiritualiter ex deo patre. et ecclesia matre. Unde homi  
 cidium inter christianos est fratericidium. Ad quod potest  
 referri illud Gen. xxxvij. Qui d nobis proderit si occideri  
 mus fratrem nostrum. et celauerimus sanguinem ipsius. me  
 lius est vt venudet ysmaelitis. et manus nostre non pol  
 luant. frater enim et caro nostra est. **S**eptimo debet cohibere  
 hominem a peccato hoc. q̄ fideles sunt filii dei. Unde aug.

filij dei sumus. Unde hoc probamus. Mortuus est vnus  
 ne remaneret vnus. Et i. Jo. iij. Vide qua caritate dedit  
 nobis deus vt filij eius nominemur et simus. Et in eodem.  
 filij dei sumus. sed nondum apparuit quid erimus. sed cu  
 apparuerit scimus qm similes ei erimus. Et math xxij. Pa  
 trem nolite uocare vobis super terram. Vnus em est pater  
 vester qui in celis est. Igitur qui aliquem fidelem occidit  
 filium dei occidit qd constat nimie temeritatis esse. Quod  
 ante conspectum dei stare audebit qui filium dei occidit.  
**S**extauo debet cohibere hominem ab hoc peccato. qd quilibet  
 homo angelum bonum habet deputatum sibi ad custodi  
 am eui contumeliam facit qui hominem occidit. et iniuste  
 manum ei inicit. Unde math. xvij. Videte ne contempna  
 tis vnum ex hijs pusill. Dico enim vobis. quia angeli eo  
 rum semper vident faciem patris mei qui in celis est. Si  
 quis verberaret aliquem qui haberet militem de mensa re  
 gis francie sibi ad custodiam deputatum non parum offen  
 deretur rex. Quaneuz igitur offenditur rex celestis quan  
 do ille occidit vel verberatur cui ipse vnus de angelis suis  
 ad custodia deputauit qui sunt quasi milites de mensa eius.  
**S**eptimo debet cohibere homines ab homicidio hoc. qd homo  
 ad similitudinem dei creatus est. Mirum enim est quod aliquis  
 audeat destruere creaturam illam quam deus ad similitudinem suam  
 dignatus est creare. Vn genesi. ix. Postquam dominus dixit  
 Qui cuius fuderit sanguinem hominis fundetur sanguis illius.  
 Subdit causa ista ad ymaginem dei quippe factus est homo.  
 Si aliquis artifex tantus habet amorem ad opus suum. qd  
 paruum valoris est qd non potest sustinere vt et verbo ei de  
 trahatur vt patet in versificatore qui non potest sustinere  
 vt versibus eius detrahatur. Quaneum putandus est deus  
 amare creaturam suam. quam creare voluit in similitudinem suam  
 et quantum offenditur in eius destructione. **D**ecimo de  
 bet cohibere hominem ab homicidio hoc. qd dominus ita ca  
 re emit hominem non parum enim offenditur deus quando res

illa quam ipse emit sanguine suo ei aufertur .j. p. j. Non  
 corruptibilibus auro vel argento redēpti estis de vana ve  
 stra conuersatione. sed precio sanguinis quasi agni imma  
 culati et incontaminati xpi hoc pretō debem? hominem ap  
 pendere. ne nobis vilescat. ¶ Undecimo debet hominē co  
 hibere ab homicidio hoc. q̄ templum est spiritus sancti.  
 Unde templum dei violat qui hominem occidit vel verbe  
 rat. i. Ad cor. iij. Nescitis quia templum dei estis vos et  
 spiritus sanctus habitat in vobis. Si quis autem templum  
 dei violauerit disperdet illum deus. ¶ Duodecimo debet co  
 hibere hominem ab homicidio hoc. q̄ tota trinitas inhabi  
 tat in hominē tāq̄ in hospitō suo. Unde Jo xiiij. Ad eum  
 veniemus et mansionem apud euz faciemus. Unde toti tri  
 nitati contumeliam facit qui viro iusto in quo ipsa habi  
 tat violentiam facit. Sed ista ratio non videtur extendere  
 ad mortem iniustoz hominum quantum ad aliud periclosi  
 us est q̄ homicidium iustoz. euz scriptū sit. mors pecca  
 toz pessima. de morte vero iustoz scriptū est Preciosa in  
 conspectu domini mors sanctorū eius.

De occasione iniustorum hominum

**M**ors peccatorū est pessima. quia est velut quedam  
 porta per quam in infernū intrat. et est q̄dam tran  
 situs ad mortem eternā. Mors vero iustorū que  
 dam porta est per quam fit egressus de miseria huius vite.  
 Et ideo non solū magnū peccatum est homicidium iustorū  
 sed etiaz impiorū interfectio nisi hoc fiat imperio dei. Im  
 perio autem dei fit. qm̄ fit auctoritate legis diuine alr̄ non  
 placet deo. Eze. xvij. Nūquid volūtatē mee est mors im  
 pij dicit dominus et non vt conuertat a vijs suis et viuat.  
 Et in eodē. Nolo mortem peccatoris. sed vt magis conu  
 et viuat. Et Math. ij. Rachel plorans filios suos noluit  
 consolari. quia non sunt. Vbi dicit glo. Ecclesia plorat nō  
 taz morte translatos q̄ supplitō preptos supplitio inq̄ in  
 fernali. De morte vero iustorū dicit sapiēs. Nō est lugēda

mors qm̄ immortalitas cōsequatur. ¶ Peccatus homicidij est tm̄ q̄ caym ponderositatem eius non valens sustinere. dixit verbum desperatōnis. Maior est iniquitas mea q̄ vt veniam merear. Mirus est q̄ postq̄ humana natura diuicta fuit et vnita diuine. quomodo aliquis ausus fuit manus mittere in hominem. vel eū occidendo vel verberando nisi diuino imperio q̄ fit auctoritate legis diuine. quādo aliqua mulier nupsit alicui regi illi de regno illo deferunt. eciā minimo de genere ipsius. quantus ergo deferendus est hominibus. cum humana natura maritata est filio dei. ¶ Si cruci tanta reuerentia exhibetur. quia diuicta fuit corpori eristi per modicum tēpus. quāta reuerentia exhibenda est humane nature que iūcta est diuine inseparabilr ab iniusta eciā iniectioe manuū debent homines colibere ea q̄ dicta sūt de homicidio

De remedijs contra iram. ¶ quarta pars

¶ Equitur de remedijs contra iram alienaz. Et notandum. q̄ contra alienaz iraz triplex potest esse remediū. Contra vero iram propriam octo assignabimus remedia. ¶ Primum remediū contra iraz alienam est. mollis responsio. Vnde prouerb. xv. Mollis responsio frangit iram. sermo durus suscitāt rixas. Et prouerbior. xxv. Lingua mollis confringit duriciem. et hoc est vnum de miraculis spiritualibus q̄ molle facit durum. Vnde legitur in vitis patrum. de abbate machario. q̄ cum properaret ad quendam locum. discipulus eius precedens ipsum. obuiauit cui dam sacerdoti pdolorum portanti lignum grande. Cui dixit discipulus macharij. Duo vadis demon. At ille iratus percussit eum ita q̄ fere mortuum reliquit. Cui postea obuians abbas macharius ait. Saluis laborator saluis. At ille. q̄d in me boni vidisti. vt ita me saluares. Cui senex. quia vidi te laborantem. Cui sacerdos. et ego ex tua salutatione cognoui te seruuū magni dei. Sed quidā monach⁹ male

K